UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

64. De pœnis eor[um], qui Episcopos, clericos, aut ministros Eccles. iniurtis afficiunt, & diuina ministeria conturb[an]t, aut celebrari prohibent, & de modo celebr[an]di Litanias, & pœnis eas ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

moderator, ſacerdotum & Catholicæ Eccle-ſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius, & diuini cultus iniuriam capitali in coniunctos ſiue confeſſos reos ſententia nouerit vidicādam: nec exſpectet, vt Epiſcopus iniuræ propulſationem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. Sitq; cunctis laudabile, ſi quas atroces ſacerdotib⁹ aut miniſtris iniurias viderint, uti crimen publicum perſequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quod ſi mnltitudo violenta, per ciuilis apparitoris exſecutionem adminiculo etiam ordinum poſſeſſorumve non poterit flagitari, quod ſe armis aut locorum difficultate tueatur, præſides prouinciarum etiam militari auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali exceſſui imponere non morentur.

Iuſtinianus Imp. in Authen. Collat. 9. tit. 15. De ſanctiſſimis Epiſcopis & clericis. §. Si quis cum ſacra. De pœnis eorum, qui Epiſcopos. clericos, aut miniſtros Eccleſiæ iniurijs afficiunt, & diuina miniſteria conturbant, aut celebrari prohibent, & de modo celebrandi Litanias, & pœnis eas concutientium.

CAP. LXIV

SI quis, cum ſacra miniſteria celebrantur, in ſanctam Eccleſiam ingrediens, Epiſcopis aut clericis, aut miniſtris alijs Eccleſiæ iniuriam aliquam inferat: iubemus hunc verbera ſuſtinere, & in exſilium mitti. Si verò hæc ſa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ra myſteria conturbauerit, aut celebrare prohibuerit, capitaliter puniatur: Hoc ipſo & in litanijs, in quibus Epiſcopi & clerici reperiantur, cuſtodiendo. Et ſi quidem iniuriam ſolum fecerit, is verberibus exſilioque tradatur: Si verò etiam Litaniam concuſſerit, capitale periculum ſuſtinebit, & vindicare iubemus non ſolùm ciuiles, ſed etiam militares iudices. Omnibus autem laicis interdicimus Litanias facere ſine ſanctiſſ. Epiſcopis, & qui ſub eis ſunt reuerendiſſimis clericis. Qualis enim eſt Litania, in qua Sacerdotes non inueniuntur, & ſolemnes orationes faciunt? Sed & ipſas honorandas cruces (cum quibus & in litaniis ingrediuntur) non ablibi, niſi in venerabilibus locis reponi, & ſi quando opus vocauerit ad Litanias celebrandas, tunc ſolum ipſas ſanctas cruces accipere eos, qui conſuetè eas portareq; ſolent, & cum Epiſcopo & clericis Litanias celebrare, hoc cuſtodientibus ſanctiſſimis locorum Epiſcopis, aut etiam eorum clericis, & per loca iudicibus. Si quis autem in hoc capitulo, præſentis noſtrę legis virtutem, aut tranſſcenderit, aut non vindicauerit, prædictas, pœnas patietur, monaſteriorum & reuerendiſſimorum Manochorum diſpoſitione.

Impp. Arcadius & Honorius AA in l. Si venerabilis, C. de Epiſc. & Clericis. Violans priuilegia Eccleſiæ punitur in quinq; libris auri.

CAP.